

ARCHIVIO GENERALIZIO - Sezione Storica

Chierici Regolari Somaschi

n. PGB 1037

Jisewjin

Lovanio, 17 luglio 1972



Lovanii, 17. VII. 1972

SEMINARIUM PHILOLOGIAE
HUMANISTICAЕ
LEOPOLDSTRAAT 22
B-3000 LEUVEN (BELGIE)

Iosephus Ysewijn Pigato Patri carissimo S.P.D.

Inter multas litteras, quae responsum a me expectant,
duae ni fallor a te missae iacent. At hoc tempore examinibus academicis
eram operatus, itinere insuper ad Aquas Goolimontanas ad Rhenum
distentus. Nunc breviter ait tuam quaestionem redeo:

Die 19 mensis Augusti proximi Cantabrigiae cum collegis
conveniam, quibus conventus Amstelodameus minus incumbit ut rerum
agensarum ordinem constituant. Gratimculam tuam de Voltae carminibus
iis proponam et videbimus quadratne cum programmata an minus. Spero
ut quadrare possit, nam me allicit.

Ad dolorem tuum de discipulis tuis hoc dico cum Tarcito:
saeculum est. Etiam apud nostros pauci litterarum curriculum ingredien-
tur, neque in meliores quoad ingenium. Plerique medicinam vel chimicam
vel oeconomiam eligunt, quia via facilior est ad opes et divitiias. Nos qui
Latinae linguae studemus, rarissimi sumus sicut aves in terra et fortasse
genus nostrum mox extinguetur. Apud nos et Theologi de latinitate rident.
(Quod ceteri homines de theologis plerunque iam rident, hi miseri non
rident....). Hinc consilium esse potest: sume librum, animae refugium,
et legendis vivas cum gaudio. Vale!

A handwritten signature in blue ink, appearing to read "Iosephus Ysewijn Pigato".